

J. † M.

Nos Fr. SILVERIUS A SANCTA TERESIA Praepositus Generalis

Fratrum Discalceatorum Ordinis B. Mariae Virginis de Monte Carmelo  
ejusdemque S. Montis Prior

Quum per Bullas fel. rec. Nicolai V "Cum nulla fidelium", die 7 octobris 1452 et Sixti IV "Dum attentata", die 28 novembris 1476, indulta sit Superiori Generali Ordinis Carmelitarum, vel ejus Vicario, facultas, perpetuo valitura, erigendi ubique terrarum Tertium Ordinem saecularem B. mae Mariae V. de Monte Carmelo, et per Bullas Clementis VIII "Cum dudum", die 23 martii 1594 et "Romanum Pontificem", die 20 augusti 1603, extensa fuerit eadem facultas ad Praepositum Generalem Ordinis Carmelitarum Discalceatorum, Nos acceptis precibus ut erigamus Congregationem nostri Tertii Ordinis saecularis in ecclesia adnexa Monasterio Carmelitar. Discalceatarum sub titulo B.V. Mariae Immaculatae loci v.d. Brunswick in dioecesi Trentonen. et habito consensu Ill.mi ac Rev.mi Ordinarii loci, piis huiusmodi petitionibus libenter annuentes praesentium tenore potestatem facimus Eidem Rev.mo ac Exc.mo Ordin. D.D. Georgio Gulielmo Ahr ut in praefata ecclesia Tertium Ordinem saecularem B. mae Mariae Virginis de M. Carmelo et S. Matris Theresiae a Jesu in Congregationem nomine nostro erigat et titulo Directoris moderetur ad normam Manualis ejusmodi Tertii Ordinis A Ven. Definitorio N. Generali approbati.

In quorum fidem dedimus praesentes litteras manu nostra subscriptas atque sigillo officii nostri munitas.

Datum Romae ex Aedibus nostris Generalitatis, die 22 februarii anni 1952

Fr. Silverius a S. Theresia  
Praep. Gen.

Fr. Samuel a S. Anna  
secret.

84  
No. /81